N. 2383.

CURRENDA XIV.

A. D. 1863.

N. 2354.

De itinere Illustrissimi Præsulis Romam et de suffragiis pro Eo &c.

Innotuit haud dubie jam pluribus Vestrum, Fratres Charissimi! Illustrissimum ac Reverendissimum Dominum Præsulem nostrum die 21. Julii h. a. comite Clarissimo Domino professore Gwiazdoń, iter Romam suscepisse, quorsum a sua Sanctitate, gravium hujus provinciae negotiorum componendorum ergo, fuerat invitatus.

Tarnovia discedens, commisit Nobis, quatenus Ven. Clerum Dioecesanum, ac per Eum fidelem populum, excitaremus, ut penes Missæ Sacrificium et alias, pro iter agentibus coelum pulsare non intermittat, eum in finem, ut Deus omnipotens et Pater misericordiarum det Ipsis Archangelum Raphaëlem comitem in via, qui itinerantes deducat feliciter ad locum, quo tendunt, et felices ad Nos reducat.

Cum itaque et de discessu et de votis ipsius Præsulis nuntium Vobis hisce feramus, rogamus Vos et obtestamur, ut huic paternae petitioni alacres satisfacere et *Memento* pro itinerantibus facere eousque non intermittatis, donec constiterit Vobis, Illustrissimum ac Reverendissimum Praesulem ad Sua jam rediisse. Tarnoviae 25. Jul. 1863.

N. 2355.

Ulterior Instructio quoad conficiendas Conspectuum fundationum Copias vidimatas &c.

Mediante N. 1119 et 1077 in Currenda VII a. c, VV. Ecclesiarum Rectores invitabantur ad conficiendas Tabellarum fundat. Copias per Perillust. Decanos vidimandas; quarum maxima pars e Decanatu *Czchov. Wadovic. Neo Sandec.* et *Oświęcimen...* jam ad Nos appulit.... eademque sensim ac sensim ad Inc. C. R. Officium Rationum promovebitur.

Quoniam immutationes, in fundationibus a tempore approbati Originalis Tabellae hinc inde intergressae, aut incrementa noscuntur, haeque varie a variis exhibentur... in nonnullis *datum* Conspectus originalis, imo *formula approbationis*, aut *vidimationis* ... desideratur &. &. eapropter ejusmodi Descriptiones potius *Originalia*, quam *Copiae* considerandæ veniunt ... et qua talia a resp. Decano nequeunt vidimari, sed a Consistorio hujate ceu originalia *approbationis formula* exornentur oportet. Copia etenim *fidelis* est delineatio Originalis, adeoque Copiae Tabellarum fundat. omnia *verbotenus* ita exhibeant, quemadmodum *Originalia* sonant ... immo et *formulam Episcopalis approbationis...* Post hanc formulam demum intergressae mutationes vel augmenta exhibeantur, provocando penes singulam ad Num. ser. Colum. &. resp. nec non apponendo *novum datum, subscriptionem, sigillum paroch.*

Post haec Decanus resp. *vidimationem* tali circiter exprimat formula: „Copiam hanc cum Originali et Mutationibus concordare, hisce testor“... sub qua *locus*, *datum*, *subscriptio*, *sigillum* Dec. ... pateat.

Quodsi autem penes hanc illamve Ecclesiam plures detegerentur vicissitudines aut agglomerationes, aut erroneae, mancaeve elucubrationes, resp. Ecclesiae Rector haud tardabit, novum eumque perfectiorem adornare Conspectum, et talem horsum pro *approbatione* immittere ... Eo in casu *originalia* Conspectuum in Archivo *Coali*, *Parochiali* et *Decanali* quoque saltem amplianda restarent... post antiquam adprobationis formulam, nisi praeplaceret 3. novos curare Conspectus pro supplendis veteribus, erroneis, aut mancis, aut juxta antiquissimum formulare haud adaequate adornatis.

Si vero novi ex asse elucubrandi forent Conspectus, juxta Tabellam a Nobis jam rite lustratam, correctamve, tunc 4. Nobis anteponendi sunt, quorum 3. destinatio nota, et *quarti* erit pro Archivo Inc. C. R. Officii Ration.

In hocce labore desudent VV. Cooperatores quoq. et juniores vicini ad hoc invitati, arte scribendi eleganter gaudentes.

Ubi nullus adhuc elucubratus est, unus in *maculari* elaboretur confestimque ad Nos pro revisione &c. expediatur. Tarnoviae 26. Jul. 1863.

L. 2320.

Wezwanie do składki na zgorzały Nowy Wiśnicz.

Ręka Pańska dotyka nie tylko kraje posuchą, ale i częstym pożarem tak pojedyncze familie, jako i całe wsie i miasta, nawet kościołom nie przepuszcza. Promienie słoneczne i wiatry częste wysuszyły ziemię, a tym sposobem zbożom jarem tudzież jarzynom i roślinom pastewnem ogromny cios zadały; nawet obfite dawniéj studnie stały się *cysternami rozwalonemi* (Jer. II. 13.) a tu i owdzie wszelkie wód zapasy dla bydląt powoli wyschły.

I ta posucha i te wiatry mają tę okropność po sobie, że ogień w jedném tylko domostwie wybuchły, wnet ogarnia *suchy* dach cały, a z tego jednego dachu palącego się wiatr gwałtowny płomienie na wszystkie strony rozdmucha, a mórze wnet ogniste tamuje przystęp do ratowania i ledwo uciekać ze życiem, dozwala mieszkańcom przelęknionym.

Bracia mili w Chrystusie! nie dawno Was przeraziła wiadomość, że 3. Lipca, w dzień piątkowy po święcie Nawiedzenia Matki Najśw. o 6½ godz. z południa pożar gwałtowną burzą rozniesiony, w perzynę obrócił ową Lubomirskich osadę, owe handlowne miasteczko Wiśnicz, a teraz wyśledzić trudno owe miejsca, gdzie stało 400 domów, które w sobie mieściły 1000 nowo- a 3000 staro-zakonnych. A lubo na pierwszą o takiém nieszczęściu wiadomość, z Wiédnia od szczodrobliwéj Ręki Najjaś. Pana pospieszyła pomoc w znacznym podarku 4000 złr. w. a. lubo sąsiednie okolice również spieszyły z zapomogą, jednak ratunek ten czyż potrafi nadgrodzić szkodę półmilionową!? Dla tego Wys. Prezydyum c. k. Komissyi Namiest. Krakowskiéj wystósowało Odezwę pod d. 16. b. m. L. 3605 do

wszystkich Naczelników obwodowych i powiatowych jako i do Nas celem zbierania hojnych datków dla ulżenia niedoli tylu.

Widząc zgliszcza tegoż zgiełkliwego niedawno miejsca musiałby Prorok z góry, na której niegdyś syny Eliasza Proroka chwałę Bogu nucili, czyny ś. Józefa wysławiali i całą okolicę Jego Orędownictwu polecali, powtarzać treny Jeremiasza Proroka... nad zburzoną Jerozolimą... bo z wieży zniknęły dzwony na dolinie, bo bryłeczki kruszczu z nich tylko zostały; umilkły pienia pobożnych w świątyni z dachu ogołoconéj, któréj śś. szaty choć wywiezione, jednak zniszczeniu nie uszły; ustały ofiary nowego zakonu... i stary zakon stracił 2 bożnice, a i popioły dwojga ludzi pomieszały się z innemi.

Zacni nowego Zakonu Kapłani! tylekrotnie rozgrzéwaliście już serca ludu bożego w podobnych razach z korzyścią, i głos niniejszy skoro dojdzie uszu Waszych, zniewoli wszystkich WW. Pasterzy do zachęcenia ku litości i do wręczenia uzbieranych datków c. k. Naczelnikom obwodowym lub powiatowym... a Pan wszelkiego miłosierdzia stokrotnie swojém znowu nadgrodzi miłosierdziem.

Na koniec to ku rozmyślaniu i uskutecznieniu podajemy, co następuje. Niezbadane sądy Boże w nawiedzaniu ludów; plagi *posuchy*, *pożaru* i t. p. są albo doświadczeniem niektórych, albo karą dla innych albo przestrogą. Co do *pożarów* czytamy w Amos. III. 14. 15. „*W dzień gdy nawiedzać pocznę przestępstwa Izraelowe, nawiedzę go i Ołtarze.... I porażę dom zimny i letni: a zginą domy z kości słoniowéj i będą rozwalone domy mnogie, mówi Pan...* Co do *suszy* w R. IV. 7. 8. 9. tak mówi tenże sam Pan: *Jam zahamował od was dészcz, gdy jeszcze były 3 miesiące do żniwa: a spuszczałem deszcz na jedno miasto a na drugie miasto nie... część jedna dżdżem polana była a część, na którą nie spuszczałem dżdżu, wyschła. I przyszły 2 i 3 miasta do jednego miasta, aby wodę piły i nie napiły się: a nie nawróciliście się do mnie, mówi Pan. Karałem was wiatrem palącym i suszą mnóstwo ogrodów waszych.... nie nawróciliście się do mnie...*

Szanowni Bracia w Chrystusie! widząc różne nawiedzenia Boże, powtarzajcie słowa Pańskie u Joela II. 12. i t. d. *Nawróćcie się do mnie ze wszystkiego serca waszego, w poście i płaczu i żalu*“ a z ludem przed Ołtarzami wołajcie: *Przepuść Panie! przepuść ludowi twemu.... aby żalem zdjęty pan nad ziemią, przepuścił ludowi swemu*, aby nie zesłał dalszéj kary, którą Prorok Joel w I. Roz. opisuje.

Niech ludek odprawia *suplikacye*, niech idąc albo wracając z kościoła odśpiewuje „*Boże Królu*“ albo: „*Przed oczy Twoje*“ i t. d. a Sami Kolektę o dészcz przy Mszach śś. dodawajcie, ilekroć Rubryki pozwolą... i modły gorące o rychłe plag odwrócenie czyńcie.

Dan w Tarnowie d. 27. Lip. 1863.

N. 1793.

Facultas colligendi pro reaedificando templo in Mediasch ad 6. menses... concessa.

Exc. C. R. Locumtenent. Commissio Cracov. sub 18. Maji a. c. N. 12183 notifi-

caverat, quod Altum C. R. Ministerium Rescripto de 12 m. et a. c. N. 3821 in sequelam Interpellationis Aulicae Cancellariae Transsilvanicae PP. Bernardinis Alexandro Grüsz et Conrado Sebock concesserat ad 6. menses facultatem, in terris Austriacis collectionem pro templo ruinæ proximo restaurando...

Quibus si comparuerint, præstabit. Ven. Clerus pro ratione circumstantiarum praestanda. Tarnoviae 12. Jun. 1863.

N. 1814.

Licentia ministerialis ad collectionem pro 6. mensibus in rem sic dicti Santuario Venetiis &c.

Exc. Locumt. Commissio Cracov. dto 28. Maji a. c. N. 12362. hoc in obtutu sequentia communicat:

»Laut Erlaß vom 15. d. Mts Z. 3828 hat das hohe k. k. Staatsministerium über Ansuchen des Pater Jakob Nobile Avogadro Priors des Santuario di nostra Signora della Salette in Venedig, die demselben unterm 31. Oktober v. J. Z. 5600 ertheilte Sammlungsbewilligung zur Deckung der Baukosten des genannten Santuario und eines damit in Verbindung stehenden Rettungshauses für gefallene Mädchen, und für verwahrloste Knaben auf die weitere Dauer von sechs Monaten verlängert, wobei Pater Avogadro ermächtiget ist, mit Vornahme der Sammlung auch seine Bevollmächtigten: Fra Mauro, Garbari, Bernardino Bonato und Federico Mascholyni zu beauftragen, gleichwie auch zur Unterstützung dieses Sammlungszweckes bei den betreffenden Ordinariaten sich zu verwenden.«

En novi hospites ad largitatem nostram. Tarnoviae 12. Jun. 1863.

Mutationes Ven. Cleri
a 18. Jun. usq. ad 21. Jul. a. c.

18. Junii 1863. N. 1895. R. Laurentius Łazarski applicatus qua cooperator in Zalassowa.

12. Junii 1863. N. 1897. R. Franciscus Jaglarz coop. in Tuchów applicatus qua interimalis Administrator in Tylicz.

21. Julii 1863. N. 2300. R. Jacobus Błaszczeński coop. Neoforiensis factus Administrator in Czarnydunajec.

dtto R. Ant. Piątkowski coop. in Wadowice (civit.) translatus qua coop. Neoforum.

dtto R. Stanislaus Sowicki coop. in Radłow qua talis ad Wadowice (civit.)

dtto R. Anton. Maciejczyk coop. in Podegrodzie qua talis ad Brzezie.

dtto R. Joan. Buczyński coop. in Pcim qua talis ad Podegrodzie.

dtto R. Franc. Bryg coop. in Wadowice (pag.) qua talis ad Pcim.

dtto R. Thaddæus Chwalibóg cooper. in Osielec qua talis ad Wadowice (pag.)

N. 1896.

Commendantur opera casuistica &c. &c.

I. Opus, cujus titulus: „Casus conscientiae, de mandato olim Eminent S. R. E. Cardinalis Prosperi Lambertini, deinde SS. D. N. Papae Benedicti XIV. propositi ac resoluti,“ opus Confessariis omnibus atque animarum curam gerentibus perutile ac necessarium.

II. „Kasuistik in und außer dem Beichtstuhle = herausgegeben von Friedrich Supp. 2. vermehrte Auflage, Mainz 1856.“

Auctor hujus operis in praefatione sequentia habet:

Jeder Beichtvater, der auch nur wenig Erfahrung in der Seelenführung gemacht hat, wird gestehen müssen, daß auch das gründlichste Moralwerk und die vollständigste Pflichtenlehre in rein wissenschaftlicher Form die Kasuistik nicht überflüssig mache. Denn es ist ein Anderes die Pflichten genau bestimmen und aus Grundsätzen erweisen, und ein Anderes: die Pflichten und ihre Grundsätze auf Entscheidung verwickelter Gewissensfälle anwenden. — Den letzten Zweck hat sich das vorliegende Werk zur Aufgabe gemacht, das zuerst auf Befehl des Cardinals Lambertini, nachherigen Papstes Benedicts XIV. in lateinischer Sprache aus Licht trat, und bald auch in Deutschland große Verbreitung gefunden hatte. Der Name Benedicts XIV. gewährt hinreichende Bürgschaft für die Brauchbarkeit und Trefflichkeit des Werkes; er selbst war einer der gelehrtesten Männer seiner Zeit und seine Werke haben klassischen Werth, das Buch selbst erhielt in materieller Beziehung einen bedeutenden Zuwachs; in formeller Hinsicht erhielt es eine neue Form und Eintheilung.

Während nämlich die Eintheilung des Originals nach der Zeitfolge sich richtet und je auf einen Monat drei Fälle von verschiedenem Inhalte kommen und somit der ganze Inhalt in den zusammengehörigen Theilen eine große Zersplitterung zu erfahren hatte, sind die gleichartigen und verwandten Materien in eine systematische Ordnung gebracht und das ganze theilt sich in zwei Theile. Der erste Theil enthält die Lehre von den Geboten Gottes und den Geboten der Kirche, Censuren, Excommunikation u. s. w. der zweite die Lehre von den Sakramenten.

Nonnuli casus hic adferuntur:

I. Parochus putat satisfacere obligationi de concionibus instituendis, si ante Vesperas populum doceat Catechismum. Quaeritur, an bene sentiat.

II. Parochus putat satisfacere obligationi docendi doctrinam christianam, si tale munus praestet per Capellanum. Quaeritur, an bene sentiat.

III. Petrus nonnulis vix transactis horis ab ultima denuntiatione vellet matrimonium cum Sophia contrahere. Quaeritur, an parochus licite possit Petri votis annuere.

IV. Paulus electus in parochum tribus jam transactis annis a sui parochialis beneficii possessione rescivit, suos parentes ipso inscio variis muneribus plura vota pro ejus electione obtinnisse. Quaeritur, quomodo sic electus sibi consulere debeat.

V. Marcus furatus est vitulum valoris 3 fl. illum educavit in bovem valentem 50 fl. postea paulatim decrevit ad 40 fl. Quaeritur, secundum quem valorem teneatur restituere.

VI. Jacobus furatus est equum viri nobilis perdivitis illumque sex annorum spatio locavit. Quaeritur, an etiam totum locationis pretium detractis tamen necessariis expensis restituere teneatur.

VII. Mathias furatur vicino suo quinque modios tritici eo tempore, quo modius valebat decem florenos. Post annum peragens confessionem a confessario ad restitutionem obligatur, quod onus etiam in se suscipit; sed quaerit, num obligationi suae satisfaciat, si restituat tantum, quanti valebant anno elapso hi quinque modii, videlicet quinquaginta, an vero teneatur vel ipsum frumentum in natura reddere, vel quod idem est, quanti valet nunc modius frumenti, id est pro quolibet quatuordecim florenos, adeoque in summa septuaginta florenos.

Responsa ad praecedentes quaestiones.

Resp. ad C. I. Negative. Ratio desumitur ex Trid. Etenim sess. 5 de reform. c. 2 loquens de obligatione conciones habendi ait: „Quicumque parochiales habentes Ecclesias plebes sibi commissas pro sua et earum capacitate pascant, annuntiando“ &c. sess vero 24 c. 4 sermonem habens de obligatione docendi doctrinam christianam haec statuit: „iidem Episcop saltem dominicis et aliis festivis diebus pueros in singulis parochiis fidei rudimenta &c. diligenter ab iis, ad quos spectabit, doceri curabunt.“ Ubi notandum est, Trid. agendo de concionibus dicere, „plebes sibi commissas pascant annuntiando;“ agendo vero de doctrina christiana dicere „pueros fidei rudimenta,“ ex quo diverso loquendi modo clare colligitur, obligationem conciones habendi distinctam esse ab illa docendi pueros doctrinam christianam, consequenter per hujus adimpletionem parochum primae non satisfacere.

Resp. ad C. II. Negative. Ratio est, quia sicuti non satisfaceret suae obligationi, si vel totam curam alicui Vicario committeret, quem solum habere potest in Cooperatorem, vel si praedicationes totius anni per alios suppleret, cum id solum illi permittatur a Trid. sess. 5. c. 2. si legitimo fuerit impeditus; ita non existente legitimo impedimento non satisfaceret obligationi docendi doctrinam christianam, si tale munus continuo per Capellanum præstaret, cum ad illum, ut Pastorem dirigantur verba Christi: „Pasce oves meas,“ non ad Capellanum.

Resp. ad C. III. Negative. Quamvis enim ex Conc. Trid. sess 24. c. 1. de ref. Matr. expresse non habeatur, quod matrimonii celebratio ad aliquod tempus, puta ad spatium duorum saltem vel trium dierum, post ultimam denuntiationem differi debeat, adhuc tamen, cum finis post ultimam denuntiationem sit, ut si aliquod obstet impedimentum, detegi possit, atque opportune deferri, menti ipsiusmet Concilii et Ecclesiae valde consonum est, ut ultima peracta denuntiatione matrimonium statim non contrahatur, sed duorum saltem vel trium dierum spatium pro iisdem impedimentis, si quae sint opponendis supersit. Hac de re praxis est plurium Synodalium Constitutionum firmata, ut absque Ordinarii licentia ultimae denuntiationis die matrimonium non celebretur, nisi ultimam denuntiationem fieri illo die contingat, ad quam immediate *Adventus* vel *Quadragesimae initium* subsequatur.

Resp. ad C. IV. Quamvis electio simoniaca ipso jure irrita sit, nisi vel sic electus expresse contradixerit, vel ipso inscio ab alio in ejus odium peracta fuerit, ac proinde teneatur quilibet beneficium dimittere statim ac percipit, se fuisse simoniace electum, etiamsi ipso inscio alii in ejus favorem hoc egerint; attamen cum Paulus per triennium parochiale beneficium bona fide possederit, potest sibi consulere per regulam triennalis possessionis et in ista sibi favente quiescere, hinc non tenetur huic beneficio renuntiare.

Resp. ad C. V. Tenetur restituere animal si adest (ut supponitur) cum lucro cessante et damno emergente, si quod occasione furti secutum est. Ratio est, quia Marcus est possessor malae fidei, hic autem tenetur restituere rem si exstat, et damna, si quae secuta sunt, compensare; ergo Marcus tenetur primo restituere animal furto sublatum, cujuscunque valoris sit de praesenti detractis expensis, quas dominus fecisset, quia augmentum vel decrementum valoris est animali intrinsecum, quod in utilitatem vel damnum domini cedit, qui nunquam animalis dominium amisit; tenetur secundo damnum domino per furtum illatum compensare, considerando valorem bovis respective ad tempus, quo bovem dominus vendidisset, quod unice ex circumstantiis personae, officii vel hujusmodi colligi potest.

Resp. ad C. VI. Tenetur solum restituere equum et id, in quo equus per usum factus est deterior, non vero fructus locationis. Ratio est, quia equus clamat ad Dominum et quum Jacobus per usum equi illum culpabiliter fecerit deteriorem, culpabiliter dominum damnificavit, unde tenetur et equum restituere et id, in quo equus factus est deterior, domino compensare. Fructus vero locationis in casu sunt pure industriales, cum non sit censendum, virum nobilem & perdivitem velle equum locare. Quodsi dominus equi fuisset vir plebejus, teneretur sane Jacobus fructus locationis restituere, quia essent pretium usus rei, non mera industria.

Resp. ad C. VII. Mathiam teneri dare quatuordecim florenos, quia tenetur dare modium, dominus enim frumenti subtracti non tenetur acceptare pecuniam, sed potest modium in natura exigere; is autem nunc valet quatuordecim florenos. Quod autem frumentum in pretio creverit, non est fructus industrialis, sed naturalis, consequenter domino crevit.

L. 3666 z r. 1862.

Wykład Obrzędów Mszy ś. szczególniéj dla Kapłanów.

Ciąg dalszy do kur. XIII. r. b.

Przyjęcie zastępstwa.

„*Oto Baranek Boży! oto który gładzi grzéchy świata.*“ (Ew. ś. Jana 1, 29.)

„Ojcze mój! nie jako ja chcę ale jako Ty chcesz“ (Mat. 26, 39) modlił się Odkupiciel do Ojca swego niebieskiego, a on przyjął zastępstwo Syna swego. Obciążony winą grzéchów ludzkich prowadzony był Zbawiciel od jednego sędziego do drugiego, i został na śmierć najhaniebniejszą skazany; w niewypowiedzianych cierpieniach modlił się nieustannie za naród ludzki i niósł swój krzyż na miejsce *trupich głów*. To się powtarza w Ofierze eucharystycznéj i wyraża się 2. częścią Kanonu. (Hanc igitur oblationem) Potrzeby swe i winy

wiernych składa kościół na głowę Oblubieńca swego, przeto kapłan unosi swe dłonie nad darami ofiarnemi w swojém i wiernych imieniu, podobnie jak Aaron na ofiarowanego baranka wkładał swe ręce, bo „prawdziwie choroby nasze, On nosił a boleści nasze On odnosił, zranion jest za nieprawości nasze, start jest za złości nasze; karność pokoju naszego na Nim a sinością Jego jesteśmy uzdrowieni. Wszyscyśmy jako owce pobłądzili; każdy na swą drogę ustąpił, a Pan włożył Nań nieprawość wszystkich nas. Ofiarowan jest, iż sam chciał a nie otworzył ust swoich; jako owca na zabicie wiedzion będzie a jako baranek przed strzygącym go zamilknie a nie otworzy ust swoich.“ (Izai. 53, 4—7) Pomnąc na to proroctwo z świętém wzruszeniem odmówisz modlitwę: Hanc igitur oblationem ... któréj ogniskiem jest „placatus accipias;“ słówko „igitur“ jest łącznikiem poprzedzającéj trojakiéj modlitwy. Chrystus jako głowa tryumfującéj Jerozolimy oddaje się za kościół i pojedyńczych wiernych przez kapłana jako ofiara pojednawcza i zapokojna... „servitutis nostrae“ t. j. Ofiarę sprawującego kleru „sed et cunctae familiae Tuae“ przypomina dusz pastérzowi, jak ma urzędować, by wierni „rodziną Bożą“ byli.

W Oktawie Wielkanocy i Zielonych świąt przyłącza się po „familiae Tuae“ dodatek (w niektórych starych mszałach powtórnie tu dopisano: „infra Actionem“) Dodatek ten zawiéra szczególne polecenie P. Bogu tych, którzy w wilię wspomnionych świąt byli ochrzczeni; z początku bowiem kościoła nie udzielano chrztu świętego, oprócz nagłéj potrzeby, tylko w wilie wyżéj oznaczonych świąt. Ochrzczeni w białe suknie ubrani przez całą oktawę uczęszczali do Sakramentu Ciała i Krwi Pańskiéj, ztąd też piérwsza niedziela po Świętach Wielkanocnych otrzymała nazwę: „Dominica in Albis,“ rozumie się: „vestibus.“ Przez chrzest wchodzi człowiek w uczestnictwo Ofiary Chrystusa; Odkupiciel przyjmuje winy grzéchowe ochrzczonych na się, aby je jako zastępująca Ofiara błagalna zgładził: (tribuens eis remissionem omnium peccatorum) I dziś pomimo zmienionego zwyczaju nie są te słowa bez znaczenia; Wielkanoc bowiem jest czasem chrztu uciążliwego t. j. pokuty wszystkich, tudzież 1wszéj komunii dzieci. Oby więc powierzone ci dusze w szacie niewinności odzyskanéj około ółtarza się zgromadziły! W Zielone świątki zwykle odbiérają wierni *chrzest ognia* Ducha św. w Sakramencie Bierzmowania. Tych więc Neofytów w łasce Bożéj, polecaj teraz Bogu.

Nastąpi: **3. Czyn ofiarny nowego i wiecznego Testamentu.**

Franc. Szlósarczyk,
Officialis et Vicar. gener. in spiritual.

E Consistorio Episcopali,
Tarnoviae die 30. Julii 1863.
JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Tarnoviae & Jasło. Typis Anastasii Rusinowski, 1863.